ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ,

ΚΑΙ'

ΤΑ'ΞΙΣ ΤΗ͂Σ ΒΕΒΑΙΩ'ΣΕΩΣ.

CATECHISMUS

CUM

Ordine Confirmationis,

GRÆCE & LATINE.

Annexæ ſunt

Preces Quotidianæ in uſum Scholæ

ÆTONENSIS.

LONDINI:

Sumptibus D. CARR: Væneunt autem apud J. BOWYER, ad Inſigne Roſæ in Area Auſtrali *D. Pauli*, verſus Occidentem. MDCCXXI.

R.B 28 a.7167

B L

CATECHISMUS,

CUM

Ordine Confirmationis.

ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ,

Ἤτοι Συμβίβασις ἵνα δεῖ ἕκαστον μανθάνειν, πρὶν ἀν προσενεχθῇ εἰς τὸ βεβαιωθῆναι ὑπὸ τοῦ Ἐπισκόπου.

Ἐρώτησις.

Τί ἐστί σοι τὸ ὄνομα;

Ἀπόκρισις.

Ὁ δεῖνα, ἢ ὁ δεῖνα.

Ἐρώτησις.

Τίς σοι ἔθετο τὸ ὄνομα τοῦτο;

Ἀπόκρισις.

Οἱ Σύμπατρες, καὶ Συμμητέρες μου ἐν τῷ Βαπτίσματί μου, ἐν ᾧ μέλος Χριστοῦ, τέκνον Θεοῦ, καὶ κληρονόμος βασιλείας τοῦ οὐρανοῦ ἐγένου.

Ἐρώτησις.

Τί δῆτα Σύμπατρες καὶ Συμμητέρες σου ὑπῆρ σου τότε ἐποίησαν;

Ἀπόκρισις.

Τρία ἐν τῷ ὀνόματί μου ὑπέσχοντο καὶ ἐπιγέλαγον.

CATECHISMUS,

Hoc eſt,

Inſtitutio quam unuſquiſque addiſcere tenetur, priuſquam adducatur ad Epiſcopum ut ab illo Confirmetur.

Quæſtio.

QUod eſt tibi nomen?

Reſponſio.

N. aut *M.*

Quæſtio.

Quis tibi hoc nomen impoſuit?

Reſponſio.

Suſceptores mei & Suſceptrices in Baptiſmo, in quo factus ſum membrum Chriſti, filius Dei, & hæres regni cœlorum.

Quæſtio.

Quid Suſceptores tui & Suſceptrices tum tuo nomine præſtiterunt?

Reſponſio.

Tria meo nomine promiſerunt ac voverunt; *Pri-*

λαντο· Πρῶτον μὲ, ἵνα τῷ Διαβόλῳ, καὶ πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, τῇ πομπῇ καὶ ματαιότητι πονηροῦ τοῦ κόσμου τούτου, καὶ πασαις ταῖς ἁμαρτωλαῖς τῆς σαρκὸς ἐπιθυμίαις ἀποτάξωμαι· Εἶτα, ἵνα πάντα τῆς Χριστιανικῆς πίστεως κεφάλαια πιστεύσω· Τὸ δὲ πλουτῶν, ἵνα τῷ θελήματι καὶ τοῖς ἐντάλμασι τοῦ Θεοῦ ὑπακούσω, καὶ πᾶσας τὰς ἡμέρας τοῦ βίου ἐν αὐτοῖς περιπατήσω·

Ἐρώτησις·

Οὕτως νομίζεις ὑπόχρεως ὢν, καὶ ὀφείλεις σὺ, πιστεύειν τε, καὶ πράττειν ἅπερ ἐκεῖνοι ἐν τῷ ὀνόματί σου ἐπηγγείλαντο;

Ἀπόκρισις·

Ἐγωγε· καὶ δὴ καὶ οὕτω ποιήσω, τοῦ Θεοῦ βοηθοῦντος· Καὶ ὃν ἐκ καρδίας εὐχαριστῶ τῷ Πατρὶ ἡμῶν τῷ ἐπουρανίῳ, ὃς ἐμὲ ἐκάλεσεν εἰς ταύτην τῆς σωτηρίας κατάστασιν, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν· Δέομαι δὲ τοῦ Θεοῦ δοῦναί μοι τοῦτο χάριν αὐτοῦ, ὥστε ἐν αὐτῇ μέχρι τοῦ τέλους τῆς ζωῆς διαμένειν·

Κατηχητὴς·

Λέγε τὰ κεφάλαια τῆς πίστεώς σου·

Ἀπόκρισις.

Πιστεύω εἰς Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, Ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ εἰς Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ· Κύριον ἡμῶν, Συλληφθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου, Γεννηθέντα ἐκ

Primum, me abrenunciaturum Satanæ & omnibus ejus operibus; pompis & vanitatibus hujus mundi nequam; & omnibus pravis concupiſcentiis carnis. *Secundum*, me omnes fidei Chriſtianæ articulos crediturum. *Tertium*, me ſanctam Dei voluntatem & illius mandata ſervaturum, & in iis ambulaturum omnibus diebus vitæ meæ.

Quæſtio.

An non putas te teneri ea credere, & facere quæ tuo nomine promiſerunt?

Reſponſio.

Imò ſanè, Deóque juvante faciam. Et ex animo Patri noſtro cœleſti gratias ago, quòd me ad hanc ſalutis viam vocaverit, per Jeſum Chriſtum Servatorem noſtrum. Deum etiam rogo ut me ita ſuâ gratiâ confirmet, ut in ea permaneam uſque ad finem vitæ meæ.

Catechiſtes.

Recita Fidei tuæ Articulos.

Reſponſio.

CRedo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ: Et in Jeſum Chriſtum Filium ejus unicum, Dominum noſtrum, Qui conceptus eſt de Spiritu Sancto, Natus

ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου· Παθόντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, σταυρωθέντα, ἀποθανόντα καὶ ταφέντα· Καταλθόντα εἰς ᾅδου, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν· Ἀνελθόντα εἰς οὐρανούς, καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν Θεοῦ Πατρὸς παντοκράτορος. Ὅθεν μέλλει ἔρχεσθαι κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς·

Πιστεύω εἰς Πνεῦμα τὸ ἅγιον, Πιστεύω τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν καθολικὴν, Ἁγίων κοινωνίαν, Ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, Σαρκὸς ἀνάστασιν, Ζωὴν αἰώνιον· Ἀμήν.

Ἐρώτησις·

Τί μάλιστα ἐν τούτοις μανθάνεις τῆς πίστεως κεφαλαίοις;

Ἀπόκρισις·

Πρῶτον μὲν μανθάνω πιστεύειν εἰς Θεὸν Πατέρα, τὸν ἐμὲ καὶ ὅλον τὸν κόσμον δημιουργήσαντα.

Εἶτα εἰς Θεὸν τὸν Υἱὸν, τὸν ἐμὲ, καὶ πάντα τὸ γένος ἀνθρώπινον ἀπολυτρωσάμενον.

Τέλος εἰς Θεὸν Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, τὸ ἐμὲ καὶ πάντα ζῶντα τῶν Θεοῦ ἐκλεκτὸν λαὸν ἁγιάζον.

Ἐρώτησις·

Ἔφης τοὺς Σύμπαντας καὶ πάσας Συμμητέρας ὑπὲρ σοῦ ὑποσχεῖν φυλάξειν σε ζῶντα τῷ Θεῷ ἐντολάς. λέγε μοι πόση ἐστί;

Ἀπόκρισις.

Δέκα·

Ἐρώ-

natus ex Maria Virgine; Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus; Descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis; Ascendit ad Cœlos, sedet ad dextram Dei Patris omnipotentis: Indè venturus est judicare vivos & mortuos.

Credo in Spiritum Sanctum, Sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum Communionem, Remissionem peccatorum, Carnis Resurrectionem, ac Vitam æternam. *Amen.*

Quæstio.

Quid potissimum doceris in his fidei tuæ articulis?

Responsio.

Primò, doceor credere in Deum Patrem, qui me & mundum universum condidit.

Secundò, in Deum Filium, qui me & totum genus humanum redemit.

Tertiò, in Spiritum Sanctum Deum qui me & omnes electos Dei sanctificavit.

Quæstio.

Dicebas Susceptores tuos & Susceptrices tuo nomine promisisse, te mandata Dei servaturum. Dic mihi quot sunt illa?

Responsio.

Decem.

Ἐρώτησις.

Ποῖαι δέ;

Ἀπόκρισις.

ΚΑΣ ὁ Θεὸς ἐλάλησεν ἐν τῷ εἰκοστῷ Κεφαλαίῳ τῆς Ἐξόδου, λέγων, Ἐγώ εἰμι Κύριος ὁ Θεός ὑμῶν, ὅστις ἐξήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου ἐξ οἴκου δουλείας.

α'. Οὐκ ἔσονταί σοι Θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ.

β'. Οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλον, οὐδὲ πάντοτε ὁμοίωμα, ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ ὅσα ἐν τῇ γῇ κάτω, καὶ ὅσα ἐν τοῖς ὕδασιν ὑποκάτω τῆς γῆς. Οὐ προσκυνήσεις αὐτοῖς, οὐδὲ μὴ λατρεύσεις αὐτοῖς· ἐγὼ γάρ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου, Θεὸς ἰσχυρός, ζηλωτὴς, ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας πατέρων ἐπὶ τέκνα ἐπὶ τρίτους καὶ τετάρτους γενεὰν τοῖς μισοῦσί με, ποιῶν ἔλεος εἰς χιλιάδας τοῖς ἀγαπῶσί με, καὶ τοῖς φυλάσσουσι τὰ προστάγματά μου.

γ'. Οὐ λήψῃ τὸ Ὄνομα τοῦ Θεοῦ σου ἐπὶ ματαίῳ, ὅτι οὐ καθαρίσει ὁ Κύριος τὸν λαβόντα τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ ματαίῳ.

δ'. Μνήσθητι τὴν ἡμέραν τῶν σαββάτων ἁγιάζειν αὐτήν. Ἓξ ἡμέρας ἐργάσῃ, καὶ ποιήσεις πάντα τὰ ἔργα σου· τῇ δὲ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ σάββατα Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου ἐστί. Οὐ ποιήσεις ἐν αὐτῇ πᾶν ἔργον, σὺ καὶ ὁ υἱός σου, καὶ ἡ θυγάτηρ σου, καὶ ὁ παῖς σου, ἡ παιδίσκη σου, ὁ βοῦς καὶ τὸ ὑποζύγιόν σου, καὶ

πᾶν

Quæstio.

Quæ sunt illa?

Responsio.

EA ipsa quæ Deus tradidit capite vigesimo Exodi, dicens, Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo servitutis.

1. Non habebis Deos alienos coram me.

2. Non facies tibi sculptile, neq; omnem similitudinem quæ est in cœlo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea neque coles; Ego enim sum Dominus Deus tuus, Deus fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me, & faciens misericordiam in millia his qui diligunt me & custodiunt præcepta mea.

3. Non assumes Nomen Domini Dei tui in vanum; nec enim habebit insontem Dominus eum qui assumpserit Nomen Domini Dei sui frustra.

4. Memento ut diem Sabbati sanctifices, Sex diebus operaberis & facies omnia opera tua: septimo autem die Sabbatum Domini Dei tui est, non facies opus in eo, tu & filius tuus, & filia tua, servus tuus & ancilla tua, ju-

πάν κτιῶν. ⁊ ὁ προσήλυτος ὁ παροικῶν ἐν σοί. Ἐν γὰρ ἓξ ἡμέραις ἐποίησε Κύριος τὸν τε οὐρανὸν, ⁊ τὴν γῆν, ⁊ τὴν θάλασσα, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, καὶ κατέπαυσε τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ· διὰ τοῦτο ἠυλόγησε Κύριος τὴν ἡμέραν τὴν ἑβδόμην, καὶ ἡγίασεν αὐτήν.

ε'. Τίμα τὸν πατέρα σου, καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα μακροχρόνιος γένῃ ἐπὶ τῆς γῆς, ἧς Κύριος ὁ Θεὸς δίδωσί σοι.

ς'. Οὐ φονεύσεις.

ζ'. Οὐ μοιχεύσεις.

η'. Οὐ κλέψεις.

θ'. Οὐ ψευδομαρτυρήσεις κατὰ τοῦ πλησίον σου μαρτυρίαν ψευδῆ.

ι'. Οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου, οὐδὲ τὸν ἀγρὸν αὐτοῦ, οὐδὲ τὸν παῖδα αὐτοῦ, οὐδὲ τὴν παιδίσκην αὐτοῦ, οὐδὲ τὸν βοῦν αὐτοῦ, οὐδὲ τὸν ὑποζύγιον αὐτοῦ, οὐδὲ πάντος κτήνους αὐτοῦ, οὐδὲ ὅσα τοῦ πλησίον σου ἐστί.

Ἐρώτησις.

Τί μάθησα ἀπὸ τούτων τῶν ἐντολῶν μανθάνεις;

Ἀπόκρισις.

Δύο μανθάνω· τὸ μὲν τῷ Θεῷ, τὸ δὲ τῷ πλησίον παρ' ἐμοῦ ὀφειλόμενον.

Ἐρώτησις.

Τί σοι δόξαν δοξάζεις τὸν Θεόν;

Ἀπό-

mentum tuum, & advena qui est intra portas tuas. Sex enim diebus fecit Dominus cœlum & terram, & mare & omnia quæ in eis sunt; & requievit die septimo; idcirco benedixit Dominus diei Sabbati & sanctificavit eum.

5. Honora patrem tuum & matrem tuam, ut sis longævus super terram, quam Dominus Deus dabit tibi.

6. Non occides.

7. Non mœchaberis.

8. Non furtum facies.

9. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.

10. Non concupisces domum proximi tui, nec desiderabis uxorem ejus, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt.

Quæstio.

Quid potissimum ex his mandatis discis?

Responsio.

Duo; nempe officium meum erga Deum, & meum etiam officium erga proximum.

Quæstio.

Quodnam est officium tuum erga Deum?

Respon-

Ἀπόκρισις.

Ἐμὸν ἔργον ἐστὶ πρὸς Θεὸν, πιστεύειν εἰς αὐτὸν, φοβεῖσθαι αὐτὸν, ἀγαπᾶν αὐτὸν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, ἐξ ὅλης διανοίας, ἐξ ὅλης ψυχῆς, καὶ ἐξ ὅλης ἰσχύος, λατρεύειν αὐτῷ, εὐχαριστεῖν αὐτῷ, ἐπ' αὐτῷ μόνῳ πεποιθέναι, αὐτὸν ὀνομαλεῖσθαι, τὸ ἅγιον αὐτοῦ Ὄνομα καὶ Λόγον κυρίαν, καὶ ἀληθῶς αὐτῷ δουλεύειν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου.

Ἐρώτησις.

Τί σοι δέον ἐστὶ πρὸς τὸν πέλας;

Ἀπόκρισις.

Ἐμὸν πρὸς τὸν πέλας, αὐτὸν ἀγαπᾶν καθὼς καὶ ἐμαυτὸν, καὶ οὕτω πᾶσιν ἀνθρώποις ποιεῖν, ὡς ἀν θέλοιμι ἵνα αὐτοὶ ποιῶσιν ἐμοί. Στέργειν καὶ τιμᾶν πατέρα καὶ μητέρα μου, καὶ αὐτοῖς βοηθεῖν. Τῷ βασιλεῖ καὶ πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτὸ ἐν ἐξουσίᾳ τεταγμένοις τιμὴν καὶ ὑπακοὴν ἀπονέμειν. Πᾶσι τοῖς ἡγουμένοις μου, διδασκάλοις, τοῖς πνευματικοῖς ποιμέσι, καὶ τοῖς δεσπόταις ὑποτάσσεσθαι. Ταπεινῶς καὶ αἰδημόνως πρὸς πάντας μου κρείττονας διατίθεσθαι. Μηδένα ἐν λόγῳ, ἢ ἔργῳ βλάπτειν. Πιστὸν καὶ δίκαιον εἶναι ἐν πάσῃ τῇ πραγματείᾳ μου. Μὴ κακίαν, μηδὲ μῖσος ἐν τῇ καρδίᾳ ἔχειν. Τὰς μὲν χεῖράς μου ἁρπαγῆς, καὶ κλοπῆς, τὴν δὲ γλῶτταν τῆς κακολογίας, ψεύδους καὶ διαβολῆς ἀπείργειν. Τὸ σῶμά μου ἐν σωφροσύνῃ ἀφαλίσασθαι, καὶ ἁγνείᾳ

Responsio.

Officium meum erga Deum est, ut in ipsum credam, ipsum timeam & diligam ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima, & ex totis viribus; ut ipsum colam, ipsi gratias agam, in ipso solo confidam, ipsum invocem; ipsius sanctum nomen ejusque verbum honorem; & ipsi verè serviam omnibus diebus vitæ meæ.

Quæstio.

Quodnam est officium tuum erga proximum?

Responsio.

Officium meum erga proximum est, ut eum diligam sicut meipsum, & id omnibus hominibus faciam, quod ab iis vellem mihi fieri. Et ut Patrem meum & Matrem meam diligam & honorem, iisque succurram. Ut Regem honorem, ipsique atque iis omnibus qui sub ipso aliquâ pollent authoritate obsequar; omnibus meis superioribus, Doctoribus spiritualibus, Pastoribus ac præceptoribus meipsum subjiciam; submisse ac reverenter me geram erga omnes qui re ullâ me antecellunt. Neminem verbo factóve lædam. Fidelem ac justum me in omnibus præstem: neque malitiam neque odium in animo meo foveam. Manus meas à furto & latrocinio cohibeam; & linguam à maledicentia, mendacio, ac calumnia. Ut corpus meum temperanter, sobriè, atque castè custodiam,

ἀγνείᾳ διαφυλάττειν. Μὴ ὀπτανεύειν, μηδὲ ὀρέγεσθαι τῶν ἀλλοτρίων ἀγαθῶν, ἀλλὰ μισθαύειν καὶ ἐργάζεσθαι ὅπως τὸν ἀδόλως τὸν βίον περίζεσθαι, καὶ τὰ δέοντα περάττειν, ἐν οἷ ἀδήποτε κλήσῃ, εἰς ἣν ἐμὲ καλεῖν ἀξιώσειεν ὁ Θεὸς.

Κατηχητής.

Τοῦτο γνῶθι, φίλε παῖ, οὐχ οἷόντ' εἶναί σε ἐκ σεαυτοῦ ζῶζα ποιεῖν, οὐδὲ πορεύεσθαι ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐντολαῖς, καὶ λατρεύειν αὐτῷ, ἄνευ τῆς ἐξαιρέτου χάριτος τοῦ Θεοῦ, ἣν μαθητέον ἐκ τοῦ ὑψίστου ποτὲ αἰτοῦντας δι' ὑπομονῆς προσευχῆς. Τοιγαροῦν ἡδέως ἀκούσομαί σου λέγοντος. Εὐχὴ τοῦ Κυριακοῦ.

Ἀπόκρισις.

ΠΑτὴρ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· Ἁγιασθήτω τὸ Ὄνομά σου· Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου· Γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς· Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον. Καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν· Ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Ἀμήν.

Ἐρώτησις.

Τί αἰτεῖς παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐν τῇ προσευχῇ ταύτῃ;

Ἀπόκρισις.

Αἰτῶ Κύριον τὸν Θεὸν μου τὸν οὐράνιον Πατέρα ἡμῶν, τὸν τῆς πάσης ἀγαθότητος δοτῆρα καὶ χο-

ρηγόν

diam. Bona aliena neque concupiſcam neque aveam, ſed diſcam artem ad vitam ſuſtentandam idoneam, & in ea gnaviter laborem. Et meo officio fungar in eo vitæ ſtatu, ad quem Deo viſum fuerit me vocare.

Catechiſtes.

Mi puer, ſcias hoc, te ex teipſo iſta præſtare non poſſe, neque in Dei mandatis ambulare & ipſi ſervire abſque gratia illius ſpeciali, quam omni tempore diligenter invocare diſcas oportet. Audiam itaque num orationem Dominicam poſſis recitare.

Reſponſio.

PAter noſter qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo. *Amen.*

Quæſtio.

Quid petis à Deo in hac oratione?

Reſponſio.

Peto à Domino Deo meo, Patre noſtro cœleſti, omnis boni largitore, ut gratiam ſuam mi-

ρηλὸν ὄντα, ἐμοὶ δὲ πᾶσιν ἀνθρώποις τὸ χάρμα αὐτοῦ καταπέμψαι, ἐφ' ᾧ αὐτῷ λατρεύειν, καὶ ὑπακούειν δυνάσθαι καὶ ὃ ποιοῦσιν. Καὶ εὔχομαι τῷ Θεῷ, διδόναι ἡμῖν πρότερα πρὸς τὰς ψυχὰς, καὶ τὰ σώματα ἡμῶν ὑγιᾶ, καὶ ἐλεῆσαι ἡμᾶς, καὶ ἀφιέναι ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν· καὶ σώζειν καὶ σκεπάζειν ἡμᾶς ἐν πᾶσι τῆς τε ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος κινδύνοις, καὶ φυλάξαι ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας καὶ πονηρίας, καὶ ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἐχθροῦ ἡμῶν, καὶ θανάτου αἰωνίου. Πέποιθα γὰρ καὶ αὐτὸν τοῦτο ἐκπληρῶσαι ἐξ ἐλέους καὶ ἀγαθότητος αὐτοῦ διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Διόπερ λέγω Ἀμήν, τοῦτ' ἔστιν, Οὕτω γένοιτο.

Ἐρώτησις.

ΠΟῖα Μυστήρια ὁ Χριστὸς ἐν τῇ αὐτοῦ Ἐκκλησίᾳ διέταξε;

Ἀπόκρισις.

Δύο μόνον, ὡς καθόλου πρὸς τὴν σωτηρίαν ἀναγκαῖα, Βάπτισμα δηλονότι, καὶ Δεῖπνον τοῦ Κυριακοῦ.

Ἐρώτησις.

Τί σοι βούλεται τὸ ῥῆμα τοῦτο, Μυστήριον;

Ἀπόκρισις.

Ἔννοιαν μὲν ἐκτὸς καὶ ὁρατὸν τῆς ἔσω καὶ πνευματικῆς χάριτος ἡμῖν δοθεῖσαν σημεῖον, ὃ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ ἁγιασθὲν, ὡς ὄργανον δι' οὗ ἐκπυρσοκροτοῦμεν αὐτῆς, καὶ ἐνέχυρον ἡμῖν αὐτοῦ βεβαιοῦσαν.

Ἐρώ-

hi, & omnibus largiatur, ut ipſum colamus, ipſi ſerviamus & obſequamur prout tenemur. Deum etiam oro ut nobis ea omnia impertiatur quæ ſunt menti & corpori neceſſaria; utque ſit nobis propitius, & peccata noſtra nobis dimittat; ut nos etiam verſantes in quolibet periculo, tam animæ quam corpori imminente, cuſtodire ac tueri dignetur: & nos ſervare ab omni peccato, ac malitia, ab hoſte animarum & ab æterna morte. Et hoc confido ipſum pro clementiâ ac benignitate ſua præſtiturum, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Ideóque dico, *Amen*. Sic fiat.

Quæſtio.

QUot Sacramenta inſtituit Chriſtus in Eccleſia ſua?

Reſponſio.

Duo tantum, quæ quidem in genere neceſſaria ſint ad ſalutem conſequendam, nempe Baptiſmum & Cœnam Domini.

Quæſtio.

Quid intelligis per vocem iſtam, Sacramentum?

Reſponſio.

Externúm & viſible ſignum intelligo internæ ac ſpiritualis gratiæ, quod nobis datur, ab ipſo Chriſto inſtitutum, tanquam medium quod eam recipimus, & arrabonem ad nos de eâ certos faciendos.

Ἐρώτησις.

Πόσα μέρη ἔχει ἐν τῷ Μυστηρίῳ;

Ἀπόκρισις.

Δύω· ὅ ἔξω & ὁρατὸν σύμβολον, & ἡ ἔσω & πνευματικὴ χάρις.

Ἐρώτησις.

Τί ἔχει ὅ ἔξω, & ὁρατὸν σύμβολον, ἢ εἶδος ἐν τῷ Βαπτισμῷ;

Ἀπόκρισις.

Ὕδωρ· ἐν ᾧ βαπτίζεταί τις, εἰς ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, & τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

Ἐρώτησις.

Τίς ἡ ἔσω & πνευματικὴ χάρις;

Ἀπόκρισις.

Ὁ θάνατος εἰς ἁμαρτίαν, & δικαιοσύνησις εἰς δικαιοσύνην· φύσει γὰρ ἐν ἁμαρτίᾳ γεννηθέντες, & τῆς ὀργῆς τέκνα ὄντες, ἐντεῦθεν τέκνα τῆς χάριτος γινόμεθα.

Ἐρώτησις.

Τί ζητεῖται ἐν τοῖς βαπτιζομένοις;

Ἀπόκρισις.

Μετάνοια, δι' ἧς τὴν ἁμαρτίαν ἀπολιμπάνουσι & πίστις, δι' ἧς ταῖς τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελίαις ταῖς ἐν τούτῳ τῷ Μυστηρίῳ πεποιημέναις, σεσάφηνται.

Ἐρώτησις.

Διὰ τί οὖν καὶ βρέφη βαπτίζονται, ἄτε ἀφὰ τῶν ἁμαρτιῶν

Quæstio.

Quot sunt partes in Sacramento?

Responsio.

Duæ; externum visibile signum, & interna spiritualis gratia.

Quæstio.

Quodnam est externum visibile signum, aut forma in Baptismo?

Responsio.

Aqua, qua quis Baptizatur, *In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*

Quæstio.

Quænam est spiritualis & interna gratia?

Responsio.

Mori peccato, & denuo nasci justitiæ: cum enim simus naturaliter in peccato nati, & iræ filii, hâc ratione facti sumus Filii Dei.

Quæstio.

Quid ab iis requiritur qui baptizandi sunt?

Responsio.

Resipiscentia, quâ deserant peccatum; & fides, quâ firmiter credant promissionibus Dei sibi factis in eo Sacramento.

Quæstio.

Quî sit itaque ut infantes baptizentur, quum

ob

νηπιότητα, ϛ ὃ ἀπαλὸν τῆς ἡλικίας ζῷον ποιεῖν μὴ δυνάμενα;

Ἀπόκρισις.

Οὐκ ἀμφότερα ὑπαχνοῦνται ἀλλὰ τῶν ἐγγυητῶν αὐτῶν· ἵνα δήπου τοῦ χρόνου εἰς ἡλικίαν ἥκοντα αὐτὰ ὁλοτελεῖν ὀφείλωσι.

Ἐρώτησις.

Διὰ τί Μυστήριον τοῦ Κυριακοῦ Δείπνου διεδέξατο;

Ἀπόκρισις.

Πρὸς ἀλλάλειπτον ὑπόμνησιν τῆς θυσίας τοῦ θανάτου τοῦ Χριστοῦ, ϛ τῆς ἐνεργείας ὧν δι' αὐτῆς μεταλαμβάνομεν.

Ἐρώτησις.

Τί ἄρα ἔστι τὸ ἔξω μέρος, ἢ τὸ σύμβολον τοῦ Κυριακοῦ Δείπνου;

Ἀπόκρισις.

Ἄρτος ϛ οἶνος, ὡς ληφθῆναι προστέταξεν ὁ Κύριος.

Ἐρώτησις.

Τί τὸ ἔνδον, ἢ τὸ σημαινόμενον;

Ἀπόκρισις.

Τὸ σῶμα καὶ τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ· ἅτε ἀληθῶς ϛ ὄντως ὑπὸ τῆς πίστεως ἐν τῷ Κυριακῷ Δείπνῳ λαμβάνοντας ϛ μετέχοντας.

Ἐρώ-

ob immaturam ætatem ista præstare non valeant?

Responsio.

Quia utrumque promittunt per sponsores suos, quod promissum tenentur ipsi præstare, postquam adoleverint.

Quæstio.

Quamobrem Sacramentum Cœnæ Domini institutum est?

Responsio.

Ad perpetuam memoriam sacrificii mortis Christi, & beneficiorum quæ inde percipimus.

Quæstio.

Quænam est pars externa, seu signum Cœnæ Domini?

Responsio.

Panis & vinum, quæ Dominus jussit accipi.

Quæstio.

Quænam est pars interna, seu res significata?

Responsio.

Corpus & sanguis Christi, quæ vere & reipsa sumuntur, & percipiuntur à fidelibus in Cœna Domini.

Quæstio.

Ἐρώτησις.

Ποῖ ἄτλα ἔξι τὰ ἐυεργετήμαϛα ὧν ἐντεῦθεν μέτοχοι ὄντες τυγχάνομεν;

Ἀπόκρισις.

Ἐπίῤῥωσις δὲ ἐξίασις τῆς ἡμετέρων ψυχῶν καὶ σώματος. δὲ αἵματος. τοῦ Χριϛοῦ, καθάῤῥ τὰ σώματα ἡμῶν διὰ τοῦ ἄρτου καὶ οἴνου ὑπῤῥώννυταί τε καὶ διατρέφονται.

Ἐρώτησις.

Τί ζητεῖται ἐν τοῖς δεῖ ὁ Κυριακὸν Δεῖπνον ἐρχομένοις;

Ἀπόκρισις.

Τὸ δοκιμάζειν ἑαυτὸς, εἰ ἄρα γε ἀληθῶς μετανοοῦσιν ὅτι ταῖς πεπραγμέναις ἁμαρτίαις αὐτῶν, βεβαίως πεφρονηκότες καινὸν βίον διάγειν· καὶ γε ἔχουσι πίϛιν ζῶσαν εἰς ὃ ἔλεος τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ Χριϛοῦ, μετὰ τῆς εὐχαριϛοῦ ἀναμνήσεως τοῦ θανάτου αὐτοῦ· καὶ πρὸς ἀπόλαυσιν ἀνδρείως τινὰ ἀγάπην ἐνδείκνυσι.

ΤΑΞΙΣ

Quæstio.

Quænam sunt beneficia quæ inde percipimus?

Responsio.

Animarum nostrarum corroboratio & recreatio per corpus & sanguinem Christi; quemadmodum pane & vino corpora nostra corroborantur ac recreantur.

Quæstio.

Quid ab iis requiritur qui accedunt ad Cœnam Domini?

Responsio.

Ut probent seipsos num verè præcedentium peccatorum eos pœniteat, firmum propositum habentes novam vitam instituendi; num fidem vivam habeant in misericordiam Dei per Christum, gratâ memoria mortem illius recolentes; num tandem eâ quâ par est charitate omnes homines amplectantur.

ΤΑΞΙΣ ΤΗΣ ΒΕΒΑΙΩΣΕΩΣ,

Ἡ τῆς Χειροθεσίας, ἤγουν ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν ὅτε τὸν Βαπτιζόμενον, καὶ ἐν ἡλικίᾳ ὄντα.

¶ Τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ πάντων τότε βεβαπτισθέντων μελλόντων, ἱδρυθέντων, καὶ ἐνώπιον τοῦ Ἐπισκόπου καθεζομένων ἐσώτων, αὐτὸς (ἢ ἄλλος τις Λειτουργὸς ὑπ' αὐτοῦ διαταχθεὶς) ὁ ἑξῆς προοίμιον τοῦτο ἀναγνώσεται.

Ἵνα πρὸς μείζονα τῶν αὐτόθι προσληφθέντων οἰκοδομὴν ἡ Βεβαίωσις διακονηθῇ, ἔδοξε τῇ Ἐκκλησίᾳ διαζήτειν μηδένα ὅλοιπον βεβαιωθήσεσθαι εἰ μὴ λίαν δυσαίτητόν τι τὸ Σύμβολον, τὴν Κυριακὴν Εὐχὴν καὶ τὰς δέκα Ἐντολάς, καὶ γὰρ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐφωδίμασιν ἀποκρίνεσθαι τοῖς ἐν τῇ σωτηρίῳ Κατηχήσει προειλημμένοις. Ἦν γὰρ οὖν Διάταξιν φυλάττειν μάλιστα προσήκει, ἐφ' ᾧ τὰ παιδία ἤδη εἰς τὸ φρονεῖν ἥκοντα καὶ τὸν λόγον δεξιωθῆναι δυνάμενα, καὶ ἵνα ὑπὲρ αὐτῶν Συμπατέρες, καὶ Συμμητέρες

ORDO CONFIRMATIONIS, SEU

Impoſitionis Manuum ſuper eos qui Baptizati, ad adultam ætatem pervenerunt.

¶ *Die ad hoc præſtituta, quotquot tunc confirmandi ſunt ordine diſpoſitis, ac ſtantibus coram Epiſcopo; vel ipſe, (vel alius Miniſter ad hoc ab eo conſtitutus) hanc ſequentem præfationem præleget.*

UT Confirmatio cum majori eorum ædificatione qui confirmandi ſunt, adminiſtretur, Eccleſiæ viſum eſt ſtatuere, ut nemo in poſterum Confirmetur, niſi qui teneat Symbolum Apoſtolicum, orationem Dominicam, & Decalogum, & poſſit reſpondere ad alias illas quæſtiones quæ habentur in breviore Catechiſmo. Quod quidem inſtitutum maximè decet obſervari, ut pueri jam adulti, edoctíque quid Suſceptores & Suſceptrices pro ipſis in Baptiſmo

τέρες ἐν τῷ Βαπτίσματι ἐπηγγείλατο, μαθητὰς, αὐτὰ αὐτῷ τόματί τε & γνώμῃ ὁμαφανδὸν ἐνώπιον τῆς Ἐκκλησίας, αὐτὸ τοῦτο κηρύσσειν τε & βεβαιοῦσθαι ἐκ τῶν & ἐπαγγείλασθαι, χάριτι Θεοῦ δι' ἃ πάντες σπουδαίως ποιήσασθαι, ὅπως οἷς ἀφ' ἑαυτῶν ὁμολογίαις συνεπετέθεντο, πιστῶς φυλάττωσι.

¶ Εἶτα ἐρεῖ ὁ Ἐπίσκοπος.

ΑΡὰ γε ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ & πάσης τ' Ἐκκλησίας ταύτης πιστὰ ἐστὶν σοὶ ταῦτα ἐπαγγελίαν & εὐχὴν ἐν ὀνόματι ὑμῶν ἐν τῷ Βαπτίσματι γεγενημένην ὁμολογεῖν, κηρύττειν & βεβαιοῦν αὐτὴν ἐν τοῖς ἑαυτῶν προσώποις, & ὁμολογοῦντες ὑποχρεω εἶναι πιστεύειν & πιεῖν ἐκεῖνα πάντα ἃ οἱ Συμπατέρες & αἱ Συμμητέρες τότε ὑπὲρ ὑμῶν ἐπηγγείλατο;

¶ Καὶ ἔκας. Ἐξακουστῶς ἀποκριθήσεται.

Ἀπόκρισις.

Πάντα μὲν οὖν.

Ἐπίσκοπος.

ΗΒοήθεια ἡμῶν ἐν Ὀνόματι Κυρίου.

Ἀπόκρισις.

Τοῦ ποιήσαντος τὸν οὐρανὸν & τὴν γῆν.

Ἐπί-

promiſerint, illud ipſum ipſi ore & motu proprio coram Eccleſiâ palam ratum habeant ac confirment; atque ut etiam promittant ſe, adjuvante Dei gratiâ, magis ac magis daturos operam ut ea fideliter præſtent, quibus aſſentiri ſe profeſſi ſunt.

¶ *Tum dicet Epiſcopus.*

NUM hic coram Deo & hoc Cœtu iteratis ſolennem illam promiſſionem quæ facta, & votum quod nuncupatum eſt veſtro nomine in baptiſmo veſtro; ipſi eadem rata habentes ac confirmantes, & agnoſcentes vos teneri ea omnia credere & præſtare, quæ tunc veſtri Suſceptores & Suſceptrices pro vobis ſuſceperunt?

¶ *Et unuſquiſque ita ut audiri poſſit, reſpondebit,*

Maximè.

Epiſcopus.

ADjutorium noſtrum in nomine Domini.

Reſponſio.

Qui fecit cœlum & terram.

Epiſco-

Ἐπίσκοπος.

Εἴη δ' Ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον.

Ἀπόκρισις.

Ἀπὸ τοῦ νῦν, καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος.

Ἐπίσκοπος.

Κύριε, ἐισάκουσον τῆς προσευχῆς ἡμῶν.

Ἀπόκρισις.

Καὶ ἡ κραυγὴ ἡμῶν πρός σε ἐλθέτω.

Ἐπίσκοπος.

Εὐχώμεθα.

ΠΑντοκράτωρ καὶ ἀείζωε Θεὸς, ὁ τέτους τὰς δέλεας σε διϋδαλῶν καὶ Πνεύματα ἅγια ἀναγννῆσαι ἀξιώσας, καὶ ἄφεσιν πασῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν δὲς αὐτοῖς· Ἐνδυνάμωσον αὐτὸς, ἱκετεύομέν σε Κύριε, Πνεύματι ἁγίῳ τῷ Παρακλήτῳ, καὶ ὁσημέραι αὔξησον ἐν αὐτοῖς τὰ πολλαπλάσια χαρίσματά σε· πνεῦμα τῆς σοφίας καὶ συνέσεως, πνεῦμα βελῆς καὶ ἰσχύος πνευματικῆς, πνεῦμα γνώσεως καὶ ἀληθινῆς εὐσεβείας· καὶ πνεύματος ὑσίας τοῦ φόβε σε πλήρωσον αὐτὸς, Κύριε, νῦν καὶ εἰς τὰς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

¶ Τότε

Episcopus.

Sit nomen Domini benedictum.

Responsio.

Abhinc & in sæcula sæculorum.

Episcopus.

Domine, exaudi orationes nostras.

Responsio.

Et clamor noster ad te perveniat.

Episcopus.

Oremus.

OMnipotens & æterne Deus, qui hos famulos tuos aquâ & Spiritu Sancto regenerare dignatus es, quique iis concessisti omnium peccatorum suorum remissionem; eos quæsumus Domine, Sancto Spiritu Paracleto confirma, & indies gratiæ tuæ dona multiplica; Spiritum sapientiæ & intelligentiæ; Spiritum consilii & spiritualis roboris; Spiritum cognitionis & veræ pietatis in illis adauge, eósque reple Spiritu sancti timoris tui, nunc & in sæcula sæculorum. *Amen.*

¶ Τότε γονυπετόντων ἁπάντων καὶ τὰς ἓξῆς ἔμπροσθεν τοῦ Ἐπισκόπου, ὁ αὐτὸς τὰς χεῖρας αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ ἑνὸς ἑκάστου αὐτῶν ἰδίᾳ, λέγων.

Ἐπάκουσον, Κύριε, ἡμῶν ἐπουρανίου σου χαρίτος σου τούτῳ παιδί σου [ἢ τούτῳ τῷ δούλῳ σου] ἕνα σὸν τέκνον σε ἐς ἀεὶ διαμένῃ· καὶ καθ' ἑκάστην ἐπιπλέον ἐν τῷ ἁγίῳ σου Πνεύματι προκόπτῃ, ἄχρις ἂν ἔλθῃ εἰς τὸν αἰώνιον βασιλείαν σου. Ἀμήν.

¶ Εἶτα ὁ Ἐπίσκοπος ἐρεῖ.

Ὁ Κύριος μεθ' ὑμῶν.

Ἀπόκρισις.

Καὶ μετὰ πνεύματός σου.

¶ Καὶ πάντων γονυπετόντων προσεύξεται ὁ Ἐπίσκοπος.

Δεηθῶμεν.

Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· Ἁγιασθήτω τὸ Ὄνομά σου· Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. Γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον· Καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν· Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν. Ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Ἀμήν.

¶ Καὶ

¶ *Tunc omnibus ordine in genua provolutis coram Episcopo, uniuscujusque capiti successivè manum imponet, dicens.*

HUnc filium [*aut hunc famulum*] tuum cœlesti tuâ gratiâ protege, tuus ut semper maneat; & indies magis magisque Spiritu tuo augeatur, donec ad æternum regnum tuum perveniat. *Amen.*

¶ *Tum dicet Episcopus.*

Dominus vobiscum.

Responsio.

Et cum spiritu tuo.

¶ *Et (singulis in genua provolutis) Episcopus subjunget,*

Oremus.

PAter noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. *Amen.*

¶ Καὶ ταύτῃ τῇ Σωαπῇ·

ΠΑντοκράτωρ ☩ αἰώνιε Θεὸς, ὁ ποιῶν ἡμᾶς ἐθέλειν τε ☩ πράτ-
τειν τὰ ἀγαθὰ ☩ τῇ θείᾳ Μεγαλειότητί σε εὐαρεστδέκτα· πὰς παπειναὶς δεήσεις ἡμῶν σοι προσφέρομεν ὑπὲρ τέτων τῶν δέ-
λων σε, ἐφ' ὓς, (κ τὸ τῶν ἁγίων σε Ἀποστόλων παράδειγμα) τὰς χεῖρας ἐπεθήκαμεν, πρὸς τὸ μιμεῖσθαι αὐτοῖς διὰ τέτε τῦ συμβόλε τῆς χάριν σε ☩ συμμεσάτω εἰς αὐτὸς χρηστότητα· Ἡ παν-
ηρώα σε χεὶρ, δεόμεθά σε πάντοτε ἐπ αὐτὸς, ☩ τὸ ἅγιον Πνεῦμά σε ἀεὶ μετ' αὐτῶν ἔχω· ☩ ἐν τῇ τῦ λόγε σε γνώσει κ ὑπακοῇ ὕτως ὁδήγησον αὐτὸς, ὥστε τὸ πλεόνασμον αἰωνίε ζωῆς ὑπτυχεῖν, διὰ Ἰησῦ Χριστῦ τῦ Κυρίε ἡμῶν, τῦ συζῶντος ☩ συμβασιλεύοντός σοι ☩ Πνεύματι ἁγίῳ, ἑνὸς Θεῦ, εἰς τὰς ἀῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν·

ΠΑντοδυνάμε Κύριε, ☩ ἄϊδιε Θεὸς, ἀξίωσον, δεόμεθα σε, τὰς τε καρδίας κ τὰ σώματα ἡμῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς τῶν νόμων σε κ ἐν τοῖς ἔργοις τῶν ἐντολῶν σε εὐθυνεῖν, ἁγιάζειν τε ☩ διοι-
κεῖν, ὥστε τῷ ἰσχυροτάτῳ σκεπασματί σε νῦν τε κ ἐσαεὶ, τό τε σῶμα ☩ τὴν ψυχὴν διαφυλαχθῆναι ἡμᾶς διὰ Ἰησῦ Χριστῦ τῦ Κυρίε ἡμῶν. Ἀμήν.

¶ Εἶτα

¶ *Et hanc Collectam.*

OMnipotens & æterne Deus, qui das velle & præstare quæ bona sunt & divinæ Majestati tuæ accepta : Supplices te rogamus pro his famulis tuis, quibus, juxta sanctorum Apostolorum tuorum exemplum, manus nostras imposuimus, ut (hoc signo) certiores fiant de tuo favore, clementiâ & bonitate erga ipsos. Maneat semper super eis, quæsumus, paterna manus tua ; semper cum illis sit Sanctus Spiritus tuus ; & eos ita deducas in cognitionem & obsequium verbi tui ; ut tandem vitam æternam consequantur, per Jesum Christum, qui unà tecum & cum Spiritu sancto vivit & regnat, semper unus Deus, in sæcula sæculorum. *Amen.*

DOmine Omnipotens & æterne Deus, corda & corpora nostra quæsumus, dirigere, sanctificare ac regere digneris in viis legis tuæ, & in operibus mandatorum tuorum ; ut potentissimâ tuâ protectione cum corpore tum animo hic & in æternum tuti simus, per Jesum Christum Dominum & Servatorem nostrum. *Amen.*

¶ Εἶτα ὁ Ἐπίσκοπος εὐλογήσῃ αὐτὸς λέγων οὕτως,

Ἡ Εὐλογία Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος τοῦ Πατρὸς, τοῦ Υἱοῦ & τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς εἴη, & ἀεὶ μεθ' ὑμῶν ἀμήν. Ἀμήν.

¶ Καὶ ὑδεὶς εἰς τὴν ἁγίαν Σωαξιν προσδεχθήσεται, εἰ μὴ πρότερον βεβαιωθεὶς, ἢ ἕτοιμός γε ὢν, & ὅπως τυμῶν βεβαιωθῆναι.

¶ Tum

¶ *Tum eis benedicet Epiſcopus ita dicens,*

BEnedictio Omnipotentis Dei, Patris, Filii, & Spiritûs Sancti vobis adſit, ſemperque vobiſcum maneat. *Amen.*

¶ *Nec quiſquam admittetur ad ſacram Communionem, donec fuerit Confirmatus, aut niſi ſit idoneus qui confirmetur, & Confirmari cupiat.*

Preces

Preces Quotidianæ

Ut celebrantur in SCHOLA

MERCATORUM SCISSORUM

LONDINI,

Mane, Meridie, & Veſpere.

Preces in Schola Collegii Regalis apud ETONAM.

Hora ſexta mat. & undecima recitatæ.

PSALMUS LXVI.

V. DEUS miſereatur noſtri, & benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri:

℟. Ut cognoſcamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus ſalutare tuum.

V. Confiteantur tibi populi, Deus: confiteántur tibi populi omnes.

℟. Lætentur & exultent gentes: quoniam judicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.

℣. Confiteantur tibi populi, Deus; confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum ſuum.

℟. Benedicat nobis Deus, Deus noſter, benedicat nobis Deus: & metuant eum omnes fines terræ.

℣. Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto.

℟. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper & in ſecula ſeculorum. *Amen.*

℣. Oremus:

Κύριε ἐλέησον.
Χριστε ἐλέησον.
Κύριε ἐλέησον.

PAter noſter, qui es in cœlis: ſanctificetur nomen tuum: Adveniat regnum tuum: fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra: Panem noſtrum quotidianum da nobis

bis hodie: & dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: & ne nos inducas in tentationem: ſed libera nos à malo; quia tuum eſt regnum, potentia & gloria, in ſecula ſeculorum.

℟. *Amen.*

℣. Adveniat ſuper nos miſericordia tua, Domine.

℟. Et ſalutare tuum ſecundum eloquium tuum.

℣. Sit ſplendor Domini Dei ſuper nos.

℟. Et opera manuum noſtrarum dirige.

℣. Reſpice in ſervos tuos ac in opera tua Domine.

℟. Dirige eos ac filios eorum.

℣. Domine ſalvum fac Regem.

℟. Et exaudi nos in die qua invocaverimus te.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. OMnipotens & ſempiterne Deus, dirige actus noſtros, ut in beneplacito tuo ac in nomine dilecti filii tui, bonis operibus ſemper abundare ſtudeamus, per Chriſtum Dominum noſtrum.
℟. Amen.

℣. ACtiones noſtras quæſumus, Domine Deus, aſpirando præveni & adjuvando perſequere, ut cuncta noſtra oratio atque operatio per te incipiant, & per te incepta finiantur per Chriſtum Dominum noſtrum.
℟. Amen.

℣. DEus, qui nos ad principium hujus diei pervenire feciſti: tua

tua nos conſerva virtute ; & concede, ut hac die nullum inclinemus peccatum, nec ullum incurramus periculum, ſed ſemper ad tuam juſtitiam faciendam, omnis actio noſtra tuo moderamine dirigatur, per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

℣. Benedicite,

℟. Domino.

℣. In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti.

℟. Amen.

Preces in Schola Hora quinta veſpertin.

PSALMUS CXXII.

℣. AD te levavi oculos meos: qui habitas in cœlis.

℟. Ecce ſicut oculi ſervorum; manibus Dominorum ſuorum:

℣. Sicut

℣. Sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ ſuæ: ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri.

℟. Miſerere noſtri, Domine, miſerere noſtri: quia multum repleti ſumus deſpectione.

℣. Quia multum repleta eſt anima noſtra; opprobrium abundantibus, & deſpectio ſuperbis.

℟. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto,

℣. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper & in ſecula ſeculorum.

℟. Amen.

℣. Oremus.

Κύριε ἐλέησον.
Χρίστε ἐλέησον.
Κύριε ἐλέησον.

Pater

PAter noſter, qui es in cœlis: Sanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum; fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: & dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: & ne nos inducas in tentationem: ſed libera nos à malo, quia tuum eſt regnum, potentia & gloria in ſecula ſeculorum.

℟. Amen.

℣. In memoriâ æternâ erit juſtus.

℟. Ob auditum mali non timebit.

℣. Juſtorum animæ in manus Dei ſunt.

℟. Nec attingat eos cruciatus.

℣. DOmine Deus, reſurrectio & vita credentium, qui ſemper es laudandus tam à viventibus quam à de-

à defunctis, gratias tibi agimus pro Henrico ſexto rege, fundatore noſtro cæteriſque benefactoribus noſtris, quorum beneficiis hic nos ad pietatem ſtudiumque literarum alimur, rogantes ut his donis datis recte ad tuam gloriam utentes, unà tandem cum fidelibus defunctis omnibus ad cœleſtem vitam reſurgamus, per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Preces in longo cubiculo horâ octavâ veſpertin.

POenitentiam agite & reſipiſcite; appropinquat enim regnum cœlorum.

Omni-

OMnipotens & clementiſſime Pater, tanquam oves perditæ peregrinati ſumus, & à viis tuis aberravimus: Inventis & concupiſcentiis cordis noſtri nimium indulſimus: ſacroſanctas leges tuas violavimus: Quæ à nobis facienda fuerant omiſimus, & quæ facienda non fuerant admiſimus: In nobis nulla eſt ſalus: Quapropter, ô Domine, propitius eſto nobis miſerrimis peccatoribus: Parce, ô Deus, peccata ſua confitentibus; miſericordiam concede reſipiſcentibus, juxta promiſſiones tuas humano generi in Chriſto Jeſu Domino noſtro benigniſſimo revelatas: Amplius etiam concede nobis, ô clementiſſime Pater, propter filium tuum & ſervatorem noſtrum Jeſum Chriſtum, ut poſthac piè, juſtè, ſobriéque

briéque vitam noſtram inſtituamus, ad Sanctiſſimi tui nominis gloriam.

℟. Amen.

PAter noſter qui es in cœlis, Sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie; & dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: & ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo; quia tuum eſt regnum, potentia & gloria in ſecula ſeculorum.

℟. Amen.

℣. Deus miſereatur noſtri, benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri:

℟. Ut cognoſcamus in terra viam tuam:

tuam: in omnibus gentibus ſalutare tuum.

℣. Confiteantur tibi populi, Deus, confiteantur tibi populi omnes.

℟. Lætentur & exultent gentes, quoniam judicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.

℣. Confiteantur tibi populi, Deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum ſuum.

℟. Benedicat nobis Deus, Deus noſter, benedicat nobis Deus, & metuant eum omnes fines terræ.

℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

℟. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen.

CRedo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ, & in Jeſum Chriſtum filium

ejus unicum Dominum noſtrum, Qui conceptus eſt de Spiritu Sancto, natus ex Maria virgine, paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus, deſcendit ad inferna. Tertia die reſurrexit à mortuis, aſcendit ad cœlos; ſedet ad dextram Dei Patris omnipotentis, inde venturus eſt judicare vivos & mortuos. Credo in Spiritum Sanctum, Sanctam Eccleſiam Catholicam, Sanctorum communionem, Remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem & vitam æternam.

℟. Amen.

Hymnus.

V. & R. *Salvator mundi Domine,*
Qui nós ſervaſti hodie,
Hac nocte nos tu protege,
Et ſalva nos in omni tempore.
Adeſto tu propitius,

Et parce ſupplicantibus:
Tu dele noſtra crimina,
Tu tenebras illumina,
Ne mentem ſomnus opprimat,
Nec hoſtis nos ſurripiat,
Nec ullis caro, petimus,
Commaculetur ſordibus.
Tu reformator ſenſuum
Votis precamur cordium,
Ut puris caſtis mentibus
Surgamus à cubilibus.
Gloria tibi, Domine,
Qui natus es de virgine,
Cum Patre & Sancto Spiritu
In ſempiterna Secula.

℣. Oſtende nobis, Domine, miſericordiam tuam.
℟. Et ſalutare tuum da nobis.
℣. Domine, ſalvum fac regem.
℟. Et exaudi nos in die quo invocaverimus te.

V. Sal-

℣. Salvum fac populum tuum, Domine.

℟. Et benedic hæreditati tuæ.

℣. Da Pacem, Domine, in diebus noſtris,

℟. Quia non eſt alius qui pugnat pro nobis niſi tu Deus noſter.

℣. Cor mundum crea in nobis, ô Deus.

℟. Et Spiritum Sanctum ne auferas à nobis.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et Clamor meus ad te veniat.

℣. GRatias tibi agimus, omnipotens & ſempiterne Deus, qui tam benignè nos hoc die conſervaſti, ſupplices te rogamus ut hac nocte corpora noſtra requieſcant in pace, & poſthac gaudium conſequamur æternum; per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

℣. Il-

℣. ILlumina quæsumus, Domine Deus, tenebras nostras, & totius noctis insidias tu à nobis repelle propitius. Per Dominum nostrum Jesum Christum.
Amen.

℣. OMnipotens & sempiterne Deus, qui nobis gratiam dedisti, ut hoc tempore unanimiter congregati, preces nostras ad te offeramus, quique polliceris, ubi duo vel tres congregati fuerint in tuo nomine, te eorum supplicationes clementer exauditurum, petimus, ut vota & preces tuorum famulorum, prout tibi videbitur eorum saluti maxime expedire, perficias; & præsta nobis in hac vita tuæ veritatis cognitionem, & in futura, vitam

tam æternam, per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

℣. Benedicamus Domino.

℟. Deo gratias.

℣. Gratia Domini nostri Jesu Christi, charitas Dei, & communicatio Sancti Spiritus, sit semper cum omnibus nobis.

℟. Amen.

Gratiarum actio in aula Collegii Regalis apud ETONAM.

Ante Prandium.

℣. BEnedicite.

℟. Domino.

℣. Oculi omnium in te sperant, Domine.

℟. Et tu das escam illorum in tempore opportuno.

℣. Aperis

℣. Aperis tu manum tuam,
℟. Et imples omne animal benedictione tua.
℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.
℟. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum,
℟. Amen.

℣. Oremus:

Κύριε ἐλέησον.
Χριστε ἐλέησον.
Κύριε ἐλέησον.

PAter noſter, qui es in cœlis: ſanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum: fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: & dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: & ne nos indu-

cas in tentationem : ſed libera nos à malo : quia tuum eſt regnum, potentia & gloria, in ſecula ſeculorum.

℟. Amen.

℣. Menſæ cœleſtis participes faciat nos Rex æternæ gloriæ.

℟. Amen.

℣. BEnedic, Domine, nobis, & his donis tuis, quæ de tua gratia & munificentia ſumus jam ſumpturi, & concede ut illis ſalubriter à te nutriti, tibi debitam obſequium præſtare valeamus, per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

℣. Deus charitas eſt, qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.

℟. Sit Deus in nobis & nos maneamus in ipſo.
Amen.

Poſt Prandium.

℣. TIBI laus & gloria, & gratiarum actio, O ter Sancta Trinitas; celebremus Patrem, Filium & Spiritum Sanctum.

℟. Laudemus, ac pleno ore & corde feramus nomen ejus in ſecula.

℣. Benedictus es, tu Domine, in firmamento cœlorum.

℟. Tu omnino dignus es omni laude in omnem ſeriem ſeculorum.

℣. Vos exaltate Jehovam unà mecum.

℟. Exaltemus uno ore nomen ejus.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. DOmine Sancte Pater, omnipotens & ſempiterne Deus, qui tam benignè nos jam aluiſti, fac,

quæſumus tum ut gratiam tibi ſeriò & ſemper habeamus, de benignitate tua; tum ut vitam agentes ſanctam & ſobriam, animos excolamus iis diſciplinis, quæ tibi ſint honori & rei Chriſtianæ adjumento, per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

℣. Benedicamus Domino.

℟. Deo gratias.

℣. In memoriâ æternâ erit juſtus,

℟. Ob auditum mali non timebit.

℣. Juſtorum animæ in manu Dei ſunt,

℟. Nec attingat eos cruciatus.

℣. INfunde quæſumus, Domine Deus gratiam tuam in mentes noſtras, ut his donis datis ab *Henrico* ſexto Rege fundatore noſtro, cæteriſque benefactoribus noſtris, rectè ad tuam gloriam utentes, unà tandem cum

cum fidelibus defunctis omnibus ad cœleſtem vitam reſurgamus, per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

℣. DEus pro ſua infinita clementia Eccleſiæ ſuæ concordiam & unitatem concedat, Regem noſtrum *Georgium*, ut pupillam oculi ſui conſervet, & pacem huic regno univerſo aliiſque Chriſtianis omnibus elargiatur, per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Ante Cœnam.

℣. BEnedicite.

℟. Domino.

℣. Nobis & cœnæ noſtræ benedicere dignetur is qui verbo ſuo res creavit univerſas, & benedixit

dixit creatis, per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Poſt Cœnam.

℣. BEnedictus eſt Deus in donis ſuis.

℟. Et Sanctus in omnibus operibus ſuis.

℣. Sit nomen Domini benedictum,

℟. Ex hoc nunc uſque in ſecula.

℣. Benedic, anima mea, Domino.

℟. Et noli obliviſci remiſſiones ejus.

℣. Qui ultro propitius eſt omnibus iniquitatibus tuis.

℟. Qui ſanat omnes infirmitates tuas.

℣. Qui redemit ab interitu vitam tuam.

℟. Qui coronat te miſericordia & miſerationibus.

℣. Qui replet bonis deſiderium tuum.

℟. Renovabitur ut aquilæ juventus tua.

℣. Do-

℣. Domine exaudi Orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. CLementiſſime Pater, qui non noſtris meritis ſed tua ſola bonitate adductus, hac cœna nos tam liberaliter reficere dignatus es; concede propitius, ut tua gratia repleti, te aſſiduè colamus, tuas laudes celebremus, atque ea quæ tibi grata ſunt, dictis & factis exequamur, per Chriſtum Dominum noſtrum.
℟. Amen.
℣. In memoria æterna erit juſtus,
℟ Ob auditum mali non timebit.
℣. Juſtorum animæ in manu Dei ſunt,
℟. Nec attingat eos cruciatus.

℣. INfunde, quæſumus, Domine Deus, gratiam tuam in mentes noſtras, ut his donis datis ab *Henrico*

rico ſexto Rege fundatore noſtro cæteriſque benefactoribus noſtris rectè ad tuam gloriam utentes, una tandem cum fidelibus defunctis omnibus ad cœleſtem vitam reſurgamus, per Chriſtum Dominum.

℟. Amen.

℣. DEus pro ſua infinita clementia Eccleſiæ ſuæ concordiam & unitatem concedat, Regem noſtrum *Georgium*, ut pupillam oculi ſui conſervet, & pacem huic regno univerſo, aliiſque Chriſtianis omnibus elargiatur, per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

FINIS.